

cum. Et est sensus: Nequaquam cum uirga percutiet, & eam rursus leuabit, ac more cædētium finem faciet uerberandi: sed quasi fundatam & alta radice defixā, in penis eius faciet pmanere. Quod si ita intelligitur, ubi erit penitentia diaboli? præsertim cum dicatur

Matt. 25. d peccatoribus: Ite in ignē æternum, quem præparauit deus diabolo & angelis eius. In tympanis & in citharis, & bellis præcipuis expugnabit eos. Dæmones uidelicet & oēs impios cum gaudio omnium dominus expugnabit. Ab heri quippe & a præterito tempore præparata est a rege domino Tophet, idest, lata & spaciōsa gehenna, quæ eos æternis urat arboribus. Nutrimētum eius & fomēs ignis est, & ligna multa, idest flamma ppetua, & supplicia peccatorum. Et quoniam sicut de camino, & fornace ignis ardētis, propheticus sermo prædixerat, seruat metaphoram: ut flatu & spiritu ac uoluntate domini hanc succendi sciamus: F

תופת

mitto sulphure, qd flammam excitat, ut faciat acriora tormenta. Porro quod iuxta lxx. dicitur: Ad uocem domini superebuntur Assyri, plaga cū percussit eos: & erit ei in circuito unde fuerat ei spes auxilii, in quo confidebat: ipsi cum tympanis & cithara pugnabūt aduersum eum ex commutatione: illud significat, quod aduersum diabolū consurgant, qui ei quondam subditi fuerant, & cum gaudio atque letitia dimicent contra eum ex commutatione subita: dum intelligent errorem suum, destruunt eum a quo decepti fuerant. Diciturque ad illum, quod ab initio seipse deceperat, regnum suum arbitrans sempiternum, qui præparata sint gehenna, & æterna supplicia.

C A P. X X X I.

V Ae qui descendunt in Aegyptum ad auxilium, in equis sperantes, & habentes fiduciam super quadrigis, quia multæ sunt, & super equitibus, quia præualidi nimis: & non sunt confisi super sanctum Israel, & dominum non requisierunt. Ipse &c.) Post onus iumentorum Austri, & eos qui portabant in Aegyptum diuitias suas ad populū, qui eis prodesse non poterat, qui sperabant auxilium in fortitudine Pharaonis, & habebant fiduciam in umbra Aegypti, sub specie reuerſionis in Hierusalem, & captiuitatis laxanda sub Cyro, de consummatione sæculi, & de perfectâ iustorum beatitudine. sermo propheticus nunciatur: nunc reuertitur ad eosdem, ad quos supra locutus fuerat ne descenderent in Aegyptum. Et hoc inter præsentem locum interest & præteritum:

quod ibi præcipitur tribui Iudæ, ne descendat in Aegyptum. Hic quia contempto imperio domini descensuri sunt, prophetatur: & quod a Nabuchodonosor rege Babylonio, tam Israel quam Aegyptii, tam perſurgæ quam auxiliatores pariter trucidentur. De quo

Hieremias plenissime loquitur: Væ ergo his qui descendunt in Aegyptū, & Chaldeorum metu domini præcepta contemnant, sperantes in idololatriis, qui dei cultum habere se iactant: & in equorum auxilio confidentes, nesciunt scriptum: Fallax equus in salutē habentq; fiduciam super quadrigis & curribus & equitibus, nec recordatur illius cantici: Equum & ascensorem dieicit in mare. Et non sunt confisi super sanctū Israel, qui manentibus in terra Iudææ, suum p Hieremiam pollicebatur auxilium: Et dominum non requisierunt, non quo nõ requisierint, sed quo requisiti uerba contempserint. Vnde & de malis sacerdotibus dicitur: Qui deuorant plebem meam, dominum non inuocauerunt. Ipse autem sapiens, idest, dominus, adduxit malum super eos & pessimum uidelicet Nabuchodonosor, siue absolute malum, rem significans, non personam, & uerba sua non abstulit, quæ loquutus fuerat per prophetas. Quamobrem consurget super tribum Iudam domum pessimorum: & contra auxilium Aegyptiorum, qui operantur iniquitatem. Aegyptus enim, siue Aegyptius, ut lxx. translulerunt, homo est, & non deus: & equi eorum caro, & non spiritus. Vnde & in Hieremia scriptum est: Maledictus homo qui spem habet in homine: & firmauit carnem brachii sui: & a domino recessit cor eius: & erit quasi myrice in deserto, & nõ uidebit cum uenerint bona. Et in alio loco scriptum est: Vana salus hominis, siue, ut melius habetur in Hebræo, in homine. Cumque dominus manum suam extendent ad puniendum, uel declinauerit, sub metaphora aurigæ, & frenos eorum currentium relaxarit: corruet auxiliator Aegyptius, & Israel cui præstatur auxilium. Quæ quidem possumus intelligere, & super his, qui persecutionis tempore, & tribulationis, atque angustię, non confidunt in domino, sed in Aegyptiorum, idest, sæcularium hominum auxilio: nescientes Abraham periclitatum in Aegypto: & dei populū, tuto & lateribus in illa regione seruisse: quæ spiritualiter appellatur fornax ferrea. Vnde & in Apocalypsi Ioannis legitur: Locus in quo crucifixus est dominus, spiritualiter uocatur Sodoma & Aegyptus.

SEP. thara pugnabūt cōtra eū ex cōmutatione. Tu enim ante dies decipieris: num quid & tibi regnum paratū est? Vallē profundā, ligna posita, ignē & ligna multorum furordñi, sicut ual

C A P. X X X I.

V Ae qui descendunt in Aegyptum ad auxilium, in equis sperantes: & habentes fiduciam super quadrigis, quia multæ sunt, & super equitibus, quia præualidi nimis: & non sunt confisi super sanctum Israel, & dominum non requisierunt. Ipse autem sapiens adduxit malum, & uerba sua non abstulit: & consurget contra domum pessimorum, & contra auxilium operantium iniquitatem. Aegyptus homo: & non deus: & equi eorum caro, & non spiritus: & dominus inclinabit manum suam, & corruet auxiliator: & cadet cui præstatur auxilium: simulque omnes consumentur.

Quia

donosor, siue absolute malum, rem significans, non personam, & uerba sua non abstulit, quæ loquutus fuerat per prophetas. Quamobrem consurget super tribum Iudam domum pessimorum: & contra auxilium Aegyptiorum, qui operantur iniquitatem. Aegyptus enim, siue Aegyptius, ut lxx. translulerunt, homo est, & non deus: & equi eorum caro, & non spiritus. Vnde & in Hieremia scriptum est: Maledictus homo qui spem habet in homine: & firmauit carnem brachii sui: & a domino recessit cor eius: & erit quasi myrice in deserto, & nõ uidebit cum uenerint bona. Et in alio loco scriptum est: Vana salus hominis, siue, ut melius habetur in Hebræo, in homine. Cumque dominus manum suam extendent ad puniendum, uel declinauerit, sub metaphora aurigæ, & frenos eorum currentium relaxarit: corruet auxiliator Aegyptius, & Israel cui præstatur auxilium. Quæ quidem possumus intelligere, & super his, qui persecutionis tempore, & tribulationis, atque angustię, non confidunt in domino, sed in Aegyptiorum, idest, sæcularium hominum auxilio: nescientes Abraham periclitatum in Aegypto: & dei populū, tuto & lateribus in illa regione seruisse: quæ spiritualiter appellatur fornax ferrea. Vnde & in Apocalypsi Ioannis legitur: Locus in quo crucifixus est dominus, spiritualiter uocatur Sodoma & Aegyptus.

Quia

Hiere. 4.

Psal. 32.

Exod. 15.

Psal. 52.

Hiere. 17.

Sec. lxx.

Psal. 50.

Gen. 12.

Exod. 12.

Apoc. 11.